

Ascendens Ethnam ¹⁾ montem transfertur in ęthram.
Sic inflammatus superis mox est sociatus.

XXV

Ad ²⁾ dei genitricem Mariam ³⁾

- Instar solis, ave, tocius luminis atque,
Ut flos cum lauro, sicut christallus in auro,
Sic luces forte mulierum sola cohorte.
Sol superat lunam, mulierum tuque figuram.
5 Hinc tuus aspectus succendit denique pectus.
Sic in amore tuo quod nil intendere curo,
Preter te solam post Christum patris sophiam ^{a)}.
Corpore nunc absum ^{b)}, tibi sensu sedulus ^{c)} adsum ^{d)}.
Non vetat hora cibi me sepe tui reminisci,
10 Hac tacitus dicam, quando considero vitam.
Eia si nobis iamiam locus esset amoris ^{e)},
Optans gaudebo, sed quod nequit esse dolebo ^{f)}.
Ubere multarum, carissima, deliciarum,
Ecce tua facie castigas me sine fine.
15 O dulcedo mea, tota dulcedine plena,
O quam pulchra meis oculis et honesta videris,
In cono capitis auro tu consimularis,
Effulgent oculi tibi sicut radius auri,
Aurea cesaries dimissaque lactea cervix,

^{a)} post — soph. auf Rasur von der späteren Hd. ^{b)} Z, assum T; am Rande von der späteren Hd. scilicet in celo. ^{c)} sedulus T. ^{d)} Z, assum T.
^{e)} scilicet in celo ergänzt die spätere Hd. ^{f)} auf Rasur in der folgenden Zeile von der späteren Hd. Ubere multarum etc., vide in proxima columpna. Die neun letzten Zeilen von fol. 70 d sind radiert und unbeschrieben.

¹⁾ Der Aetna statt des Oita in Trachis.

²⁾ T fol. 70 c—d. Vgl. o. S. 461 f. W a t t e n b a c h, ZdA. 15, 488 u. NA. 17, 37 (Initium nach T). J. W e r n e r, Beiträge z. Kunde d. latein. Lit. d. MA. ²(1905) S. 27 Nr. 66: Abdruck des 24 Verse umfassenden Liebesgedichts aus der Hs. Zürich, Stadtbibl. C 58/275 (Ende 12. Jh.) fol. 6 (Z); der von einer Hand des 13./14. Jh. abgeänderten Tegernseer Fassung (vgl. o. S. 462) entsprechen wörtlich nur die Verse 1—5 = Teg. Verse 1—4 u. 8. W a l t h e r Nr. 9409 (obwohl nur die Hs. T. verzeichnet ist, wird auf den Abdruck aus Z bei W e r n e r verwiesen).

³⁾ Die Überschrift fügte die Hand des 13./14. Jh. auf dem linken Rand hinzu; vgl. o. S. 462.